UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XXX. De Ecclesia Gothorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

diviſa eſt: & Aſiam totam, quæ ab undecim Præſidibus regitur; Ponticam præterea iisdẽ exornavit legibus. Quæ totidem Rectores habet quot Aſia.

A δὲ καὶ αὕτη ἀρχόντων ἰθύνεται. καὶ μέντοι καὶ τὴν ποντικὴν τούτοις κατεκόσμει τοῖς νόμοις· ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὕτη ἔχει τῆς ἀσίας τοὺς ἡγουμένους.

Cap. XXIX.

De templis idolorum à Joanne ſubverſis in Phœnice.

PORro cum didiciſſet, incolas Phœnices circa cultum ſimulachrorum adhuc inſanire, monachos quoſdam zelo Dei ferventes collegit; eoſque Imperialibus edictis munitos, adverſus idolorum templa direxit. Pecunias verò, quæ artificibus templa diruentibus, eorumque miniſtris præbebantur, non ex Regiis theſauris depromebat; ſed opulentis & fide ac religione inſignibus matronis perſuadebat, ut hos ſumptus liberaliter ſuppeditarent, benedictionem, quæ ex hujuſmodi largitione proveniret, iis oſtendens. Hac ratione, dæmonum templa, quæ adhuc ſupererant, ſolo æquavit.

Κεφ. κθʹ.

Περὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ δι' αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.

ΜΑθὼν δὲ τὴν φοινίκην ἔτι περὶ τὰς τῶν δαιμόνων τελετὰς μεμηνέναι, ἀσκητὰς μὲν ζήλῳ θείῳ πυρπολουμένους συνέλεξε. νόμοις δὲ αὐτοὺς ὁπλίσας βασιλικοῖς, κατὰ τῶν εἰδωλι-
B κῶν ἐξέπεμψε τεμενῶν. τὰ δὲ τοῖς καταλύουσι τεχνίταις καὶ τοῖς τούτων ὑπουργοῖς χορηγούμενα χρήματα, οὐκ ἐκ ταμιείων βασιλικῶν λαμβάνων ἀνήλισκεν. ἀλλὰ τὰς πλούτῳ κομώσας καὶ πίστει λαμπρυνομένας γυναῖκας φιλοτίμως ταῦτα παρέχειν ἀνέπειθε, τὴν ἐκ τῆς χορηγίας φυομένην εὐλογίαν ὑποδεικνύς. τοὺς μὲν οὖν ὑπολειφθέντας τῶν δαιμόνων σηκοὺς τοῦτον τὸν τρόπον ἐκ βάθρων ἀνέσπασεν.

Cap. XXX.

De Eccleſia Gothorum.

PRæterea cum Scytharum Gentem Arianæ perfidiæ laqueis irretitam teneri cerneret, ipſe quoque machinas omnes adhibuit, & ut prædam caperet, hac arte uſus eſt. Ejuſdem enim cum ipſis linguæ Presbyteros & Diaconos ac Lectores cum ordinaſſet, unam illis Eccleſiam aſſignavit: eorumque operâ multos à priſtino errore revocavit. Nam & ipſe eò ſæpius veniens concionem habebat, utens interprete quopiam qui utramque linguam calleret: & eos, qui dicendi facultate præditi eſſent, ut idem facerent hortabatur. Et hæc quidem intus in ipſa urbe agere non deſinebat; multoſque qui decepti fuerant venabatur, Apoſtolicæ prædicationis veritatem ei oſtendens.

C Κεφ. λʹ.

Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν γότθων.

ΟΡῶν δὲ καὶ τὸν σκυθικὸν ὅμιλον ὑπὸ τῆς ἀρειανικῆς θηρευθέντα σαγήνης, ἀντεμηχανήσατο καὶ αὐτός, καὶ πόρους ἄγρας ἐξεῦρεν. ὁμογλώττους γὰρ ἐκείνων πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ τοὺς τὰ θεῖα ὑπαναγινώσκοντας λόγια προβαλλόμενος, μίαν τούτοις ἀπένειμεν ἐκκλησίαν, καὶ διὰ τούτων πολλοὺς τῶν πλανωμένων ἐθήρευσεν. αὐτός τε γὰρ τὰ πλεῖστα ἐκεῖσε φοιτῶν διελέγετο, ἑρμηνευτῇ χρώμενος τῷ ἑκατέραν γλῶσσαν ἐπισταμένῳ τινί· καὶ τοὺς λέγειν ἐπισταμένους τοῦτο
D παρεσκεύαζε δρᾶν. ταῦτα μὲν οὖν ἔνδον ἐν τῇ πόλει διετέλει ποιῶν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐξηπατημένων ἐζώγρει, τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων ἐπιδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν.

Cap. XXXI.

De ejuſdem erga Scythas providentia & de zelo adverſus Marcioniſtas.

IAm vero cum accepiſſet Scythas quoſdam Nomadas, qui ad Iſtrum tentoria fixerant, ſalutem quidẽ ſitire; ſed qui latices ipſis præberet neminem reperiri; viros conquiſivit, qui Apoſtolicos labores æmularetur, eoſq; Barbaris

Κεφ. λαʹ.

Περὶ τῆς εἰς σκύθας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένης προνοίας, καὶ τοῦ κατὰ τῶν μαρκιανιστῶν ζήλου.

ΜΑθὼν δέ τινας τῶν νομάδων σκυθῶν παρὰ τὸν ἴστρον ἐσκηνωμένους, δίψην μὲν τῆς σωτηρίας, ἐστερῆσθαι δὲ τοῦ τὸ νᾶμα προσφέροντος, ἐπεζήτησεν ἄνδρας τὴν ἀποστολικὴν φιλοπονίαν ἐζηλωκότας, καὶ τούτους

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN